









1749.

1. Bichel, Albert Claviphi: De juri bar patriciorum singularibus itaq; supremis arbitriis
- 1b Hahn  
2. Martin, W. Melius: Historia: de Thesauris  
in feudo eundo cum moneta regiali amovendo  
ex causa inventus, ad reuictorum pulsus
3. Meier, Joh. Kurn: De absolutissimis iudicentis  
et velicis
4. Riekerth, Theod. Jacobs: De eo, quod circa absolu-  
tissimum rerum minorum iuris jactu est
5. Strut, Iacob Philipp: De principe legibus soluto
6. Strut, Iacob Philipp: Argumentum propositum, ex hebreo  
Irenideon, cum controversiam et decisionem

7. Janv., Israël : Surv. Facult. Amiens pris un déj.-pt  
Decan : Semaine 1<sup>re</sup> abrigez j'aurai gradué dans princi-  
ples d'algèbre humaines telles que digitales complémentaires  
... annuels Faculté de Paris. Système mathématique

8. Feb., Israël Philosophe : Rapp. Mr. Decan : C.C. I.  
et des publications dans Winkelmann, Martineau  
invent

9. Febr., Israël : De faire principes d'un décret  
comme que peuvent.

12<sup>a</sup> Febr., Wimond

12<sup>b</sup> Febr., Dom Mathieu : De faire négocié par les  
Vos voix pour le droit des marchands théâtre.

1910.

1. Lutenscien, Prv. Gregor : Orientale calice  
laïc et anti-chrétiens juif pallier ou légion

- Romani et iure canonica.
2. Lubuszek, Pet. Gregorius: De ... Disciplina  
inter concurredum & expressum factum ad presumentem
3. Meier, Iacobus: De iure sarragabrum.
4. <sup>et 5.</sup> Tenzel, Eusebius: De pacem concordia per modum  
statuta circa liborum Iherusalem supplementaria
2. Suppl.
5. Tandy M. Ruentes: De fidei acquisitione et ammissione
6. Trischler, Dr. Philipp: Fusa formularium scripta
7. Weisrichen, Jacob Michael: In primis Germaniae non  
quoniam mutatis
8. Weisrichen, Dr. Michael: De veritatis et verisilli-  
tudinis. Von den Ursprung und allereleg Reihen des Fischen  
und an den Fischen. Trajzen s. denekellen Ambie

9. Winckel, Janus Mathem : De ea, quod instrumentum  
circa personam se ipsum mortis accusatorem ab  
magistris inquisitione faciat. occas. 1.587 saec. est  
ff. de paucis.

10. Winckel, Jan Mathem : De jure refutare innocentiam  
11. Winckel, Jan Mathem : De ea, quod observandum  
est circa recognitionem instrumentorum

12. Ziegler, Rudolph Heinrich : Disputationes juridicae  
de prælibatorum et boni peractio[n]em

*Quod DEUS felix faustumq; esse jubeat!*

Sub Rectoratu MAGNICENTISSIMO,  
REVERENDISSIMI & ILLUSTRISSIMI DOMINI,

DOMINI 1709, 4

**PHILIPPI WILHELMII,**  
**S.R.I. COMITIS de BOINEBURG,**

SACRAE CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARII INTIMI &  
CAMERARII, nec non METROPOLITANARUM ECCL.  
SIARUM, MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CA.  
NONICI CAPITULARIS SENIORIS,  
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON.  
SILIARII INTIMI, ac CIVITATIS TERRITORII que  
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPIS &c.&c.

DOMINI NOSTRI GRATIOSISSIMI,

CUM CONSENSU ILLUSTRIS FACULTATIS  
JURIDICÆ GERANÆ

**DE EQ,**  
**QVOD CIRCA ALIENATI-**  
**ONEM RERUM MINO-**  
**RENNIUM JUSTUM EST,**

*SUB PRÆSIDIO*

Dn. TOBIÆ JACOBI Reinharth /  
Juris Utriusque Doctoris,

In Aulâ Collegii Majoris

d. 17. Aug. hor. 9. 1709.

Exercitii publici gratiâ disputabit,


HERMANNUS ERNESTUS Schiller / LL. C.  
Hildesienfis.

---

ERFURTI, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.







## PRÆFATIO.

Nter alias rationes, quibus Juris Romani Ofores, præsertim ij, qui, postquam in Jus Naturæ unicè jurarunt, modicetum Jus Quiritum moderno orbi odiosum reddere, iisque potissimum, qui in annis dissentibus versantur, disuadere satagunt, etiam profertur hæc: *Quod Jus Naturæ ad absolutam in Jurisprudentia eruditio nem acquirendam per se sit sufficiens, dumque Jus Naturæ flores, Jus Romanum solum Carduos proferat, potissimumque Vanis Veterum Factorum*

altercationibus, fictionibus, subtilitatibus, aliisve inutilibus, ad nil, nisi futuram oblivionem tendentibus, sit repletum. At hos in Campo Praejudiciorum Passionumve, quibus efficaciter resistere ignorant, errare, retro sicut monstrarunt plurimi; Ita veritas ipsa loquitur, in infinitam absurditatum labyrinthum devolvi illos, qui absurditates in Jure Romano invenire tam anxie laborant; Equidem haud ignoramus, Jus Naturæ ad Juris Romani accuratiorem intellectum cooperari plurimum, ac idcirco illius studium Juris Romani Perillustrationi utiliter præaddendum esse existimamus; At id solum ad JCti Nomen sufficere ad ravim usq; negandū est, Neq; excellentissimū illud eruditōrū firmamenti fidus Grotiū intendisse hoc ipsum, dum aeternum de Jure Belli & Pacis librum conscri-

pserat

pferat, est credibile ; quem tamen  
per transennam, ut ajunt, in Academias  
audivisse, auditumque taliter qualiter  
intellexisse, ad hoc, ut sancti dicantur  
suo officio, hodie proh dolor !  
sibi, at falso, persuadent plurimi, se,  
si in parte quadam juris Romani si-  
mul navant operam, hanc cum oleo  
perdituros fore, existimantes. Sed  
quicquid horum sit, annon proprio  
id faciant incommodo, ipsis viderint ;  
Ipsi Juri Civili Romano suis praæconiis  
interim falsis manentibus, in quarum  
vindicatione haud exiguam sicut ex-  
hibuit diligentiam *Art. Dukkius* in in-  
tegro, quem conscripsit tractatu, de  
*Uso & Autoritate Juris Romani* ;  
Ita per omnia præ se ferre certa & ju-  
stissima definita rectæ rationis præce-  
pta, summa dexteritate & prudentis-  
fimo æquitatis temperamento bono  
Civium communi accommodata ,

cuiuscunque id absque præjudiciis per-  
lustranti adparebit, quam & unicam  
causam fuisse, quæ tractu temporis  
etia ab invitis exteris nationibus ejus  
venerationem extorserit, fides histo-  
rica comprobat. Exemplis hinc inde  
deceptis ut illustretur, vix puto opus  
esse, dum sola *de pupillis, Minoribus,*  
*horumque bonorum alienationis Mate-*  
*ria* quemicunque statim convincet,  
quali prudentia, præcautione, æquiti-  
tate ac justitia ad avertendum ejus-  
modi personis damnum Leges Ro-  
manæ usæ sint; Quam materiam Dis-  
sertationis Academicæ loco discuti-  
endam, ac id, *quod de dicta alienati-*  
*one justum erit*; ex ipsis fontibus LL.  
Romanarum demonstrandum no-  
bis animo induximus, quæ omnia, ut  
æquâ benignâ censura à B.L. re-  
cipiantur, infinitis argumentis con-  
tendimus.

Quod



Quod D E U S bene vertat!

TH. I.



Vanquam Definitio Domini  
Mynsingeriana, quod sit Jus de  
re corporali disponendi eamque  
vindicandi, nisi quis lege vel  
conventione prohibetur, ab a-  
cutissimo Christiano Thoma-  
sio in suis Scholiis & Addidamentis ad Ulrici Hu-  
beri Praelectiones Institutionales haud inconcinnis,  
quas more solito protulit, rationibus, sit impu-  
gnata, aliaque, ac prout putavit, commodior,  
quam etiam amplectitur Lauterbachius, aliive,  
quod scil. sit Jus, quo res nobis est propria vel no-  
stra, subministrata, vix tamen fuit, ut supra o-  
mnem laudem evehendum Ctum mododictum  
Huberum satis convincere, huicque sufficienti-  
bus argumentis satisfacere valuerit; Nobis im-  
præsentiarum Hubero vel ex solo fundamento  
erit condescendendum, quod ex ejus definitione

domi-

dominii effectus, qui in libera de aliqua re dispo-  
sitione ejusque vindicandi facultate positus, prima  
statim fronte elucescat, illa econtra, quæ in Lau-  
terbachiano atque Thomasiano situ fovetur, scil.  
quod sit jus, quo res nobis est propria, dum do-  
minium, quid sit, à priori demonstrare fatagit,  
id, quod est in principio, unice petat. Neque  
sic definitionem Grotii agnoscimus qui illud in  
facultate, quâ quis rem non possidens, eam jure  
consequi potest, consistere afferit. Illam enim  
imperfectam esse rectè ab Hubero ad Inst. tit. de  
Rer. div. §. 13. adstruitur.

## TH. II.

Dum autem in liberâ rerum tum dispositio-  
ne, tum vindicatione, effectum dominii consiste-  
re afferitur, non id volumus, quasi utrumque  
simul in eo, qui dominus audit, ipso actu con-  
currere debeat; facultatem enim vindicandi so-  
lam adesse, sufficit; cum multis fieri queat mo-  
dis, ipsam de rebus propriis dispositionem vel  
ex innatâ conventione, vel ex legum placito cer-  
tas ob rationes, partim civiles, partim naturales a-  
licui domino vel plane adimi, vel ad minimum re-  
stringi; quâ de causâ in antedictâ dominii defi-  
nitione

nitione hæc verba-limitativa: *Nisi quis lege vel  
conventione prohibeat, haud erronee repériuntur adjecta.*

TH. in III.

Sicut vero in Aprico est, propter liberum quod unicuique in te sua competit arbitrium, cuilibet licere per propriam conventionem disponendi facultatem sibi met ipsi adimere, cuius rei exempla multa hinc inde in legibus prostant, & unum instar omnium ex L. si creditor 7. §. f. ff. de distract. pign. adduci potest; ubi debitor, utut hypothecæ vel pignoris sit dominus, postquam per pactum se illud non alienaturum, temel creditori promisit, illud exinde absque nullitate alienare non potest; quod tamen fecus in illo, qui dum rem ab aliquo alienatam acquirit, alienanti simul promittit, se de novo illam non alienaturum; hoc enim Casu conventioni contravenire dominiumque alienando in alterum transferre nihilominus potest, modo præstetur id quod interest. arg. L. 3. C. de Condit. ob caus. L. 135. §. 3. ff. de V. O. L. 68. ff. eod. quamvis dissentiat Lauterb. in Comp. tit. de

B

Pact.

*Pact. p. m. 49.* Vide etiam *L. pen. ff. de Pact.* §  
*L. 22. pr. ff. de Leg. 3.* Ita quoque non inju-  
stam in res personas-ve subditorum leges exer-  
cent potestatem , adeo ut si id necessarium vel  
utile deprehendant , subditis effectus dominii ,  
quos in libera de rebus propriis dispositione po-  
tissimum consistere asserimus , vel in totum  
adimant , vel saltem ad certas conditiones re-  
stringant.

#### TH. IV.

Exemplo *Minorennis* praesenti in Disserta-  
tione hoc ipsum illustrare , ac examinare nobis-  
cum constituimus , quâ ratione leges eidem li-  
berum in alienandis rebus suis arbitrium ad cer-  
tas conditiones restrinquant , simul tamen alie-  
nationem contra hanc restrictionem nulliter fa-  
ctam in eorum prajudicium conservent.

#### TH. V.

Quod ut ordine fiat , præmonendum est ,  
Adpellatione *Minoris* , omnem eum heic con-  
tineri , qui Jure Civili annum vigesimum quin-  
tum

tum L. 3. §. 1. ff. de Minoribus , & Jure Saxo-  
num vigesimum primum Carpz. P.3. Conſt. II.  
def. 9. vid. etiam Aur. Bull. c. 7. & Mevius ad  
Jus Lub. p. 1. tit. 7. art. 6. num. 6. nondum ex-  
cessit, adeo ut tempus hic ex naturali ſolum ,  
& non ex civili computatione , quæ in actibus  
Juris Civilis v. g. Uſucapione L. 6. & 7. ff. de  
Uſucap. Testamenti factione L. 8. ff. & 4. C.  
qui Testamento fac. poſſ. obtinet, intelligatur ,  
& à momento in momentum currat , nec ultи-  
mus dies Coeptus pro completo habeatur. L. 3.  
§. ff. de minoribus ; Et quamvis impubes mi-  
nori alias opponatur , pr. Inſt. de Curat. hic ta-  
men nobis quoad effectum idem denotat, L.  
ſires pupillaris 49. ff. de minor. uniceque Ma-  
jori opponitur, in tantum, ut etiam veniam æ-  
tatis impetrantes , nuptio qui alias adpellatione  
Majorum regulariter non continentur L. f. C.  
d. t. Lauterb. in Compend. tit. de Min. in R. 2.  
certo respectu propter L. 3. C. d. t. hic inclu-  
dantur.

## TH. VI.

Alienationis nomine quid veniat in vulgus  
B 2 notum

notum est, scil. non qualiscutique modus solum  
dominium translatus, puta venditionis, per-  
mutationis, dotis constitutionis, donationis,  
transactionis L. 4. C. de Præd. min. sed etiam o-  
mnis actus Juris in re Constitutivus. Subintelli-  
gitur, v. g. oppignorationis, Scilicet Exerc. ad  
ff. 37. §. 202. servitutis remissionis vel impositio-  
nis, ad divisionem provocationis, L. inter omnes.  
C. de Prædiis minor, imò manumissionis, cum  
multis aliis; Sanctimus enim, inquit, Justinia-  
nus in L. f. C. de rebus alien. non alien. sive  
Lex alienationem inhibuerit, sive testator hoc fe-  
cerit, sive pactio contrahentium id adniserit,  
non solum dominii alienationem, vel manci-  
piorum manumissionem esse prohibendam;  
sed etiam ususfructus dationem vel hypothe-  
cam vel pignoris nexum penitus prohiberi. Si-  
milique modo & servitutes minimè imponi, nec  
emphyteuscos contractum, &c.

## TH. VII.

Quibus præmonitis sciendum, à legibus a-  
lienationem rerum minorennum ita esse restri-  
ctam, ut sine Tutori vel Curatore non, cum  
ipso

ipso vero non ita absolute procedat; Idque unicè propter naturalem æquitatem est introducendum, ut, cum inter omnes constet, fragile esse & infirmum minoris ætatis consilium & multis captionibus suppositum, multorumque insidiis expositum *L. 1. pr. ff. de Minoribus*, ut inquam eo majoribus præcautionibus adhibitis, tantum non habeant, ex quô tam facile lœsiōnem aliquem metuere queant.

## TH. lIX.

Sine Tute or Curatore alienationem rerum minorennum plane non procedere, prout putamus, recte asseruimus; Cum sine Tutoris auctoritate pupillum obligatione civili hanc teneri in *pr. Inst. de Autorit. Tutor.* diserte inveniatur dispositum, adeo, ut licet hic textus de solo pupillo loquatur, tamen idem de minore sine Curatore alienante ob eandem rationem statuendum esse ab Imperatoribus Dioclet. & Maximin. in *L. 3. C. de integr. rest. min. eleganter admodum Attiano rescriptum legitimus: Si curatorem habens minor quinque & viginti annis post pupillarem etatem res vendidisti, bunc*

*contractum servari non oportet , simulque rationem decidendi subjiciunt : Cum non ab similis ei habeatur minor curatorem habens , cui à Prætore Curatore dato bonis interdictum est . Notabilis sane minoris Curatorem habentis cum Prodigio comparationis ratio : In utroq; enim licet consensus adfuerit , Lex tamen isti consensui non assitit , quin potius eundem quoad illos pro nullo habet , atque per hoc efficit , ut secundum stylum Pauli in L. 110. §. 2. ff. d. R. J. non pati , hoc est , ad promissa servanda invititi non teneantur .*

## TH. IX.

*Invitos autem non teneri non sine ratione additum , eò quod semper in arbitrio pupilli sit , velit ne discedere ab illo contractu , an velit servare , altero si præsertim sit negotium bilaterale , præcise ad ejus implementum obligato ; quâ de re elegans occurrit Autore Ulpiano textus in L. Julianus 13. §. 29. ff. de Act. Emt. si quis à pupillo sine Tutoris Autoritate emerit , ex uno latere constat contractus ; Nam qui emit obligatus est pupillo , pupillum sibi non obligat . Hoc est*

est: Emitor non habet Actionem Emtiad rem  
tradendam, sed Pupillus habet actionem Vendit  
iad pretium. Idem de uni lateralibus ex quibus  
pupilli conditio redditur melior, ut statuamus  
auctoritate Justiniani *in pr. J. de Aucto. Tut.*  
*docemur.* Hinc valide sibi solus stipulari, do-  
natum acceptare, & simile cum hoc effectu po-  
terit, ut actione civili consequi possit donatio-  
nem, aut quod in stipulationem venit; neque  
cum incommodo ejus, qui stipulatione pro-  
misit aut donavit, id fieri intelligitur, cum vo-  
lenti non fiat injuria. Sufficienter enim hacte-  
nus velle pupillus intelligitur, in tantum, ut  
hanc naturalem facultatem libertatemque legis-  
lator minuere noluerit *d. pr. Inst. ibi:* *Namque*  
*placuit &c.*

## TH. X.

Sed quid si Minor Curatorem non habeat,  
Alienationem tali in casu suas habere, vires, ita  
tamen, ut Iesus contra eam in integrum resti-  
tutorus sit audiendus clarè quidem ab Impp.  
Dioclet. & Maxim. in L. 3. C. de In Integrum  
Restit.

*Restitut.* est rescriptum; At id saltem miratur,  
quare hujus textus Translationi in libris Bacchini  
hac sint præmissa verba: de quibus rebus quibus in dictatis istis  
b. e. interprete Fabroto, mirabilem Casum huc  
constitutio complectitur. An vero Minor Cu-  
ratore destitutus in alienandis rebus immobili-  
bus Decreto opus habeat, infra audiemus.

## TH. XI.

Atque hac de obligatione civili effectum  
efficacem agendi tribuente vera sunt; Num-  
quid autem pupillus vel Minorenus absque  
Curatore alienans, cum non *civiliter*, saltem  
*naturaliter* obligabitur? Excellentiss. Dn. Schil-  
terus, postquam *Exerc. 37. S. 115.* naturaliter  
obligatum dicebat illum, qui ex lege naturæ &  
in conscientia ex facto & judicio suo se se ad fa-  
ciendum vel tradendum ita adstringit, ut tali  
obligationi leges civiles actionem judicalem  
quidem denegent, voluntariam vero præstatio-  
nem non improbent, sed & Exceptionem Ci-  
vilem concedant, docente Paulo in 1. *Natura-*  
*liter 13. in fin. ff. de Condict. Indeb.* illud affir-  
mandum esse statuit. Item, inquit Paulus, (in  
prin.

Principio enim de servo naturaliter obligato ser-  
monem fecerat) quod Pupillus sine tutoris auto-  
ritate mutuum accepit, & locupletior factus, se  
pubes factus solvat, non repetit. Imo hoc adeo  
verum esse afferit, ut si pupillus hoc, quod ita  
debet, solverit, illud Condictione Indebiti re-  
petere non possit, per antea alleg. text. & L. si  
pupillus 21. pr. ff. ad L. Falcid. ubi idem Paulus  
affirmit: Pupillum, cui sine tutoris autoritate de-  
cem mutuo data sint, teneri (1) naturali obliga-  
tione, (2) si solverit obligatione & liberari. &  
(3) post solutionem nihil repetere posse; Idque  
sive pupillus locupletior factus esset, sive non es-  
set, per L. 25. §. 1. ff. quando dies legatorum.

## TH. XII.

At pupillum sine tutoris autoritate contra-  
hentem ne quidem naturaliter obligari, acerri-  
mè contra Habnium propugnat Dn. Lauterbach.  
in Colleg. Theor. Pract. tit. de Pact. thes. 40. &  
in Compendio Juris Schützius eod. tit. p. m. 48.  
eo quod omnis potestas per Conventio-  
nem se le obligandi à Legibus Civilibus impu-  
beribus sit adempta: Quicunque autem hanc

C

non

non haberet, illum nec naturaliter ex sua Conventione teneri vel exinde patelceret, quod ipso jure naturali duo illa principia voluntas & potestas ad obligationem requirantur. Imo a mente Legum Civilium hanc hypothesin vix aberare ex L. 28. pr. ff. de Pactis non solum constare videtur, ubi Jctus Cajus expresse fatetur : *Contra Juris Civilis regulas pacta conventarata non haberi, veluti, si pupillus sine tutoris auctoritate pactus sit &c.* Sed expresse quoque in L. Pupillus 59. ff. de O. & A. asseritur : *Pupillum mutuam pecuniam accipiendo ne jure quidem naturali obligari :* Et quid denique clarius esset potuisse, quam quod Neratius in L. 41 ff. de Condict. Indeb. fasilius est : *Quod, inquit, Pupillus sine tutoris Auctoritate stipulanti promiserit, solverit, repetitio est, quia NEC NATURA debet.* Quibus adhuc adjungi posset L. 29. ff. d. t. & L. 14. §. 8. ff. de solution.

### TH. XIII.

Sed firmiori uti fundamento opinionem Hahnii, quam etiam Excellentiss. Huberus in Praelect. ad Inst. de Inutil. stipulat. n. 2. nec non  
non  
Stru-

Struvius Exerc. 6. thes. 39. amplectuntur, dupliciter probari poterit; Constat enim, quod sicut duæ potissimum sint Actuum obligatorum Icaturigines, Intellectus scil. Rei, omniumque prope hanc occurrentium circumstantiarum, ac Voluntas agendi, seque obligandi, quæ duo tanquam obligandi cœla stylo Pauli in L. 48, & Celsi in L. 159. ff. de R. f per Animi judicium insigniuntur; Ita in pupillum, infantia puta majorem, dicta obligationum principia cadere nemo forsitan negabit; Jam ubi Causa adest, ibi & effectum sequi, veritas ipsa comprobatur. Omnis autem expressa animi declaratio de Jure in alium transferendo sicut sufficit, ut promittens valide obligetur, ita egregiè id ipsum docet Grotius L. 2. Cap. 11. tr. de J. B. & P. Quod enim Dom. Lauterbachius Consensum haud sufficere existimet, sed præter hunc & Potestatem, alii vero, ut Ungeparur Exerc. X. qv. 3. aequitatem requirat, verum quidem est; At Potestatem & aequitatem in Casu, quo pupillus consensum suum manifesto declaravit, deesse, haud conceditur.

#### TH. XIV.

Atque hoc est, quod obligari naturaliter

C 2

pu-

pupillum etiam Jurisprudentia Quiritum in Legibus hinc inde admisit; Exempla à Paulo in L. 21. pr. ff. ad L. Paleidiam. Item à Marciano in L. 64. pr. ff. ad Sctum Trebell. junctā L. 44. ff. de solut. nec non ab Ulpiano in L. 7. ff. de Novat. ut & à Pomponio in L. 42. ff. de Jurejurand. & passim, nobis suppeditantur clarissima. Idque generaliter, sive pupillus sit factus locupletior, sive non, v. g. si forte alea nummos perdidisset, obtinere ex L. 25. §. 1. ff. Quando dies leg. accusatores docent Interpretes Huber. in Praelect. Inst. tit. de Inut. stipul. Schilter. Exerc. ad ff. 37. §. 117. cum secundum naturam sit, ut, qui obligatur, cum locupletior est factus, etiam tunc obligetur, cum non est locupletior factus, arg. l. 10. ff. de R. 3.

## TH. XV.

Sicut autem Obligatio Naturalis quosdam à Legibus Civilibus alias accepit effectus, qui à causa efficiente ut plurimum vocantur Civiles, v. g. Quod producat Exceptionem L. 7. §. 4. ff. de Patr. impeditat indebiti Conditionem L. 13. §. 26. §. 12. ff. de Condit. Indeb. Admittat efficiacem Novationem L. 1. §. 1. ff. de Novat. Ef-

fica-

ficacem fidejussionem & pignora L. 14. §. 1. de  
Pignor. possit constitui L. 1. §. 7. ff. de Confit.  
pecun. Faciat locum Compensationi L. 6. ff. de  
Compensat. &c. Ita Jus Civile consultum non  
putavit, ut tenella acta ex lubrico oris damno  
mulctetur; Quare constituit, ut illi effectus, ex  
quibus damnum pupillus sentire potuit, infir-  
mentur, naturalique obligationi in totum de-  
trahantur; & ideo recte Neratius respondit:  
Pupillum id, quod sine tutoris auctoritate promi-  
xit & solvit, Conditione indebiti repetere posse.  
Et eleganter Ulpianus, Interdum, inquit, persona  
locum facit repetitioni, ut puta, si pupillus sine  
tutoris auctoritate, vel furiosus, vel is, cui bo-  
nis interdictum est, solverit; Nam in his per-  
sonis generaliter repetitioni locum esse non ambi-  
gitur. L. 29. ff. eod. tit. Sic si pupillis sine tu-  
tore cuidam eqvum promiserit, & fidejussorem  
deluper dederit, quoad se nec Creditori nec fi-  
dejussori teneri dicitur in L. 127. ff. de V. O.  
sic respectu enervatae obligationis pupilli  
Leges ipsum planè non naturaliter obliga-  
tum esse, loqui amant in textibus à Dn. Lau-  
terbachio supra adducitis e. g. L. 59. ff. de Obl.  
& Ad. & L. 41. ff. de Condit. Indib. & pluribus

aliis. Frequenter enim, quod effectu caret,  
non esse dicitur, v.g. Quod in diem debetur,  
licet & ante diem debeatur, §. 2. I. de V. Q. Id  
tamen plane non deberi Ulpianus in L. 41. ff.  
eōd. asserit; Contra vero in *Præjudicium Tertij*,  
ut scil. hic eum effectu teneatur, Leges Civiles  
naturalem obligationem in pupillo non repro-  
barunt; sed omnes ejus effectus salvos relique-  
runt, cum in Tertio cesseret favor, qui militabat  
pro pupillo, adeoque & ipsa legis dispositio. U.  
nico exemplo res fieri clarior: Sic si Pupillus mu-  
tuos acceperit io, & Creditori in majorem se-  
curitatem dederit fidejussorem: Pupillus quo-  
ad suum præjudicium, id est, ut ipse cum effectu  
conveniri possit, vel ut alii effectus obligationis  
naturalis locum habeant, plane non dicitur  
naturaliter obligatus. At quoad præjudicium  
fidejussoris habetur pro naturaliter obligato, in  
hunc finem, ut fidejussor possit conveniri, qui  
aliás non subsistente principali obligatione ne  
ipse quidem teneretur. arg. l. 178. ff. de R. I.

## TH. XVI.

Miramur itaque, quare Excelentiss. Dn:  
Schil-

Schilterus Exerc. ad ff. 37. §. 117. Pupillo Con-  
ditionem Indebiti , si solverit, regulariter non  
competere exp̄sē docuerit, & in L. 41. ff. de  
Conditione Indeb. specialem Casum & Exce-  
ptionem à Regula contineri , statuerit ; cum ta-  
men ipse supra in Exerc. 24. §. 25. Contrarium  
clarissime & recte docuerit , atque in hunc fi-  
nem L. 29. ff. eōd. adduxerit. Miramur etiam,  
quare contrauniter Dd., quando de obligatio-  
ne naturali reprobatā loqvuntur, obligationem  
pupilli sine tutoris autoritate factam & mulieris  
fidejubentis conjungant, cum tamen in hoc Ca-  
su reprobatio longe ampliores effectus, scil. etiam  
respectu tertii, in illo vero solum respectu sui  
producat. Vid. t. t. ff. ad SCt. Vellej. Sicut autem  
Dd. tres potissimum Casus excipiunt, ubi pu-  
pillus quoque Civiliter tenetur , (1) si dolum  
commiserit in Contractu L. 1. §. 15. ff. depos.  
(2) si ex re ipsā nascatur obligatio, L. furiosus  
46. ff. de O. & A. (3) si locupletior est factus  
pupillus L. 5. pr. & §. 1. ff. b. t. Ita cum Dn.  
Lauterbachio, qui ultimo hoc casu negat , pu-  
pillum civiliter obligari in Colleg. Theor. Pract.  
tit. de Pact. §. 41. item non facimus nostram;

Sed

Sed ipsi unicum hoc cum celeberr. Hubero in  
Praelect. ad Instit. tit. de Inutil. stipul. num. 3.  
opponimus : Ubicunque actio datur efficax  
in foro Civili , illa ex obligatione Civili  
descendat , necesse est. At vero in casu ,  
quo pupillus ex Contractu est factus locuple-  
tior, cuivis datur contra pupillum in foro Ci-  
vili efficax Actio. L. 5. in pr. de Aut. tut. Ergo  
haec Actio ex obligatione civili descendat, necel-  
se est.

## TH. XVII.

Atque sic de obligatione Pupilli vel Mino-  
ris sine Tutori vel Curatore. Cum Tutori ita-  
que vel Curatore neque adeo absolute alienatio-  
nem rerum minorennum procedere anticipan-  
do quasi supra in §. 3. diximus; Quo liberior  
enim administratio rerum pupillarium fuit tu-  
toribus, ut eas promiscue alienare potuerint ,  
& propterea dominorum loco haberentur L. 27.  
ff. de administr. tut. Eo plus ad conservandos  
pupillis lares paternos restringebatur deinceps  
haec potestas , cum compertum esset, ne ho-  
rum quidem autoritate pupillis latis esse prospes-  
ctum.

etum. Ideoque res *mobiles*, quæ servando ser-  
vari non possunt, à tutori, modo id fiat bonâ  
fide justove pretio, privatâ etiam autoritate,  
ubicunque velit, quidem alienantur, *L. f. §.  
f. C. de administr. tut. in tantum*, ut si morosus  
sit, ejus periculo res pereat *cit. text.* At in illis,  
quæ servando servari possunt, nec non in im-  
mobilibus majori tutoribus præ cautione opus  
esse, leges nos docent.

TH. XLIIX.

Cum enim Curatores & Tutores alienandi  
Jus &c in hisce liberum habuissent usque ad Se-  
verum Principem, ab hoc omnium primo  
Tertullo & T. Flavio Coss. A. C. 195. Idibus  
Juniis oratione in Senatu recitatâ teste Ulpiano  
in *L. i. ff. de reb. eor. qui sub tut. effectum est,*  
ne prædia rustica & suburbana aliter, quam  
decreto magistratus adhibito alienentur. Quæ  
prohibitio postmodum à Constantino Impe-  
ratore non solum confirmata, & à Justiniano  
retenta, sed ad prædia urbana quoque, *utpote*  
*in quibus majorum imagines aut non videre fixas*  
*aut revulsas videre, satis est lugubre;* nec non

D

res

res mobiles, servando servabiles, est extensa L.

22. C. de Adm. Tut. ~~21001 s. annulq. nov. 1857~~

TH. XIX.

Atque sic harum alienatio tribus Cancellis  
potissimum fuit inclusa; Requiritur enim (1.)  
Justa ac necessaria causa (2.) Causæ cognitio &  
(3.) Decretum Judicis L.6. ff. de reb. eor. qui sub-  
tut. l.12. C. de Præd. & alien. reb. min. Quo-  
rum unum ex his si defecerit, alienatio fulmi-  
ni Nullitatis subjacet; cum certo sit certius,  
hæc tria ad alienationem rerum Minorennum  
pro formâ esse à Constantino in l. 22. requisita;  
formam vero individuam esse, quæ pro parte  
nec impleri, nec cui quicquam addi, nec de-  
trahi possit, eleganter docet Natura Consil. 678.  
n. 28. vol. 4. Petr. Heigius P. 2. Qv. 19. n. 27.

TH. XX.

Causam Justam ac necessariam requiri ex  
l. 6. C. de Præd. & aliis reb. min. &c. probatum  
jam dedimus; quæ nam autem sit necessaria  
causa in l.12. C. de Præd. Minor. distincte inve-  
nimus dispositum: sic enim rescribunt Imperato-  
res:

res: Ob æs alienum tantum causâ cognitâ præf-  
diali decreto prædium rusticum minoris provin-  
ciale distrahi permittitur. Æs alienum autem,  
ut adsit, nonsolum sufficit; sed quoque, ut ur-  
gens sit, vel aliunde usurarum modus paren-  
dum ari alieno suadeat, h. est, ut usurarum  
solutio nimium gravet pupillum, necesse est.  
L. 5. §. 9. in f. ff. de rebus eor. qui sub tutel.  
Recte enim siquidem adsit æs alienum, Credi-  
tores autem solutionem non urgeant, Vendic-  
tionem non esset admittendam, infert Strykius  
ad Lauterb. tit. de reb. eor. qui sub tut. Utut  
autem, ob æs alienum tantum distractionem  
bonorum pupilli fieri posse in antea allegato  
textu L. 12. C. de præd. Min. constitutum videa-  
tur, proptereaque in L. 5. §. 9. ff. de reb. eor. Par-  
ticula si Modo In §. 14. eod. Ita demum, in L. f.  
C. eod. duntaxat inveniatur; Causa tamen æris  
alieni ad quamlibet aliam necessitatem, ut pro-  
ducatur, mens legis viderur innuere, verbi cau-  
sa: si aliter pupillus ali. Huber. in pralect. ad  
ff. L. 27. t. 9. num. 3. vel si foemina, nisi para-  
tam pecuniam habeat, aliter nubere non possit.  
L. 61. §. 1. ff. de Jur. Dot. Imo sumptus studio-

D 2

rum,

rum, ad causam necessariam referendam esse  
recte cum Wesenbecio ad Tit. de Rebus  
eor. qui sub tut. affirmavit Lauterb. Nec  
enim taxativæ particulæ tantum, solum &c. ex-  
cludunt casus similes, in quibus par aut major  
est ratio, ut loquuntur Interpretes, teste Gotho-  
fredo in d. L. 12. C. de præd. Min.

## TH. XXI.

Sicut autem sola causæ necessariæ allegatio  
non sufficit, sed probanda venit L. 6.C. de præd.  
Min. Ita, an extra necessitatem ob solam Utilita-  
tis rationem alienatio à Judice permitti debeat?  
disquiri solet; Non enim delunt, præsertim  
ii, qui jus Romanum non nisi pro suo arbitrio  
sequuntur, & ut cum Hubero loquar, Censo-  
res Artis, uti Grænevvegius & alii ad L. 13. ff. de  
rebus eor. affirmativam amplectententes; sicut  
nec delunt, qui & ipso Juri Civili existimant esse  
consentaneum, ut evidentem utilitatem sequi ju-  
dex queat. At magis esse, ut negemus, partim ab  
Ulpiano in L. 5. S. 14. de rebus eor. partim à  
Paulo in L. pen. pr. ff. eod. tit. docemur, & hoc  
adeo verum est, ut ne quidem utilitas prægnan-  
tissima,

tissima, nihilque periculi pupillo sit in medio  
dd.tt. Sic si fundus, cuius alienationem urget  
Curator, sit sterilis, laxosus, vel pestilens, his  
non obstantibus alienatio prohibebitur: Con-  
fer. Huber. in *Praelect.* ad ff. L. 27. t. 9, §. 5.

## TH. XXII.

In Causæ cognitione quænam sint partes  
judicis egregiè in L. 5. §. 9. 10. 11. & 12. ff. de  
reb. eor. &c. invenimus dispositum. Imprimis  
enim hujus officio hoc convenit excutere, an-  
non aliundè possit pecunia ad extenuandum æs  
alienum expediri; In quem finem querere de-  
bet, an pecuniam pupillus habeat vel in nume-  
rato, vel in nominibus, quæ conveniri possunt,  
vel in fructibus conditis, vel etiam in reddituum  
spe, atque obventionum? Item requirat, num  
alii res adsint, quam prædia, quæ distrahi possunt,  
ex quorum pretio æri alieno satisfieri possit? Idem  
æstimare debet, utrum vendere potius, an o-  
bligare permittat? Nec non illud vigilanter  
observare, ne plus accipiatur sub obligatione  
prædiorum aut fœnoris, quam quod opus sit  
ad solvendum æs alienum? Hæc omnia autem,

D 3

ut

ut pro renata eo felicius procedant; cavendum  
ipsi erit, ne nimium tutoribus vel curatoribus  
credat, utpote qui multo s̄epius lucri sui causa,  
necessē esse distrahi possessiones, vel obligari  
judicii assēverare solent, quin potius necessarios  
pupilli vel quem alium notitiam rerum pupil-  
larium habentem requirat, vel si nemo adsit,  
illique, qui adsunt, deprehendantur suspecti,  
Inventarium edi curet, ex quibus omnibus  
suam instruere possit religionem, an assentire  
venditioni quæsitæ debeat, vel oppignorationi.

### TH. XXIII.

Causa legitime sic discussa, necessitateque  
probata Decretum subsequitur *Judicis L. 6. C.  
de Præd. Min.* quod alienationis *Em* Alienations-  
Decret vocatur; per quod *Judex competens* se diligentissime in causâ cognovisse, cau-  
sam prætensam admodum necessariam esse in-  
venisse, atque propterea tutoribus licentiam a-  
lienandi concessisse, publice fatetur. A quo  
autem Judice hæc fieri debeat, disquiritur? Nos,  
dum *Judicis Competentis* jān fecimus mentio-  
nem, id vel judicii rei sitæ vel domicilii, utrum

Reus

Reus elegerit, competere, recte, ni fallor, respon-  
debitus. L. 5. §. 12. ff. de rebus. eor. q. sub. &c.  
Berlich. p. 1. Dec 29. Lauterb. in Comp. Tit. de  
reb. eor. p. m. 478. Neque propterea, quod ali-  
enationem prædiorum Minorum ad Actus Vo-  
luntariæ Jctionis retulerit Franzkius tit. de Ju-  
risd. num. 9. statim erit in ferendum: Quilibet  
judici promiscuè, & sic quoque in competenti  
Decretum concedere posse; Utut enim hoc a-  
ctuum Voluntariæ Jctionis sit proprium L. 2.  
ff. de offic. Procons. id tamen ad Actus Causæ  
cognitionem non requirentes unicè pertinere,  
neque ad illos, qui sine causæ cognitione perfici  
nullo modo possunt esse extendendum, merito  
cum Vinnio asserit Lauterb. in Comp. tit. de  
Jctione p. m. 22. quamvis si vera fateri velimus,  
actus, cui causæ cognitio accedit, non ad vo-  
luntariam amplius, sed contentiolam Jctionem  
pertineat.

TH. XXIV.

Sicut autem supra in §. 19. anticipando quasi  
monuimus: Tria ista solennia, alienationi re-  
rum Minoris conjunctim proformâ in LL. esse

præ-

*præscripta per L.12. C. d. Pred. min. ibi: Ob as-  
alienum tantum, causâ cognitâ, præsidiali de-  
creto prædium rusticum minoris provinciale di-  
strabi permittitur.* Ita, ni fallimur, inde rectè  
asseruimus, alienationem immobilium minoris  
non esse irritam solum, si omnia tria hæc re-  
quisita prorsus deficiant, sed & ob unius requi-  
siti defectum, ut maxime reliqua observata fue-  
rint, illam non subsistere. Ponamus enim,  
caulam quidem adesse, Decretumve interposi-  
tum, sed & an ad alienationem sufficiens sit  
causa, à judice non esse deprehensum & cogni-  
tum, ejusmodi alienationem nullius esse mo-  
menti, recte affirmat Gaius *Obs. 42. num. 5.*  
ubi ex justo quasi conqueritur dolore, quomo-  
do hac in re ab imperitis judicibus plerumque  
pernitosè peccetur, qui nimis properè ac abs-  
que legitimâ caula cognitione in maximum mi-  
norum dispendium & præjudicium decreta sua  
interponere conluecunt. Imo tunc demum  
pro decreto præsumi, quando exprimitur, illud  
cum caula cognitione esse interpositum, rectè  
notavit ex Decio in *Consil. 351. num. 6.* Carp-  
zov, *P. 2. Consil. II. Def. 28.*

TH. XXV.

## TH. XXV.

Econtra obliteratis hisce solennibus alienationem regulatiter subsistere, non est, quod dubitetur. At in donatione aliud esse statuendum ex L. ult. Verf. Cum autem donationis. C. si Maj. fact. alien. fin. decret. reddimur certiores. Hanc enim in rebus minorum nequidem decreto interposito valere, generalis est Interpretum Regula; quam tamen ita restringendam esse arbitramur, si absque legitimâ causâ illa facta fuerit. Si enim inde singularia bene remunerentur merita, modo à remunerante compensatio potuerit exigi, quo & donatio propter nuptias spectat, antea cit. l. f. C. si Major fact. necessariavt, ut præstaretur, causa subfuerit, donationem causa cognita decretove interveniente utique subsistere, haud erronee Doctores inferunt.

## TH. XXVI.

Sicut jam eo ipso haud injustam à Dn. Carpozio dissentendi nanciscimur causam, quod hic in L. 5. Resp. 59. donationem immobilium

E

Minoris

Minoris cum Curatore & decreto factam semper firmam esse generaliter responderit. Ita observata dicta limitatione nulli dubitamus cum Schradero tr. de feudis p. 4. c. n. ult. & Struvio in S. J. F. Cap. 5. Aph. 4. num. 1. afferere: Minorem præcedente causæ cognitione feudum in suis rebus constituere posse, per text. in 11. Feud. 3. pr. Pupillus enim vel Minorenris in ejusmodi dignitate potest esse constitutus, quæ necessario desideret, ut vallos habeat. Vultej. L. 1. de Feud. cap. 3. num. 6. Schültz. cap. 4. num. 39. & cum non omnia feuda gratuito, sed etiam per Emptionem venditionem constituantur; 11. Feud. 12. Struv. S. J. F. c. 4. Aph. 15. quæ quofo obstatet ratio, quo minus sicut plenum, ita solum utile rei dominium à Minore cum ejus Curatore, decreto tamen interposito, transferri queat. Neque condescendimus illis, qui inter res infundari solitas, & res, quæ nondum fuere in feendum concessæ distingvere satagunt: In illis siue decreto quoque feudi constitutionem esse validam; in his vero decretum esse necessarium existimantibus. Nam vel pupillus in casu, quo defuncto e. g. vallo sine herede feendum ad

ipsum  
erit.

ipsum redit, plenum ejus rei dominium non  
habet, aut habet. Prius propter magnas, quæ  
exinde lequerentur absurditates esse nequit. Si  
posterioris, res feudalis sine omni dubio perinde se  
habebit, ac alia, in quâ feudum antea nunquam  
fuit constitutum, ac consequenter, quando ista  
rursus in feudum datur, novum feudum consti-  
tuitur, id quod sine decreto fieri nunquam pot-  
est. Rolenthal de Feud. Concl. 16. num. 3. qui  
tamen in fine addit: illam sententiam, quâ in  
rebus in feudari antea solitis rursus infeudandis  
decreatum requiritur, quoad personas illustres,  
earumque Tutores & Curatores uero non fer-  
vari.

## TH. XXVII.

Sed an Minor Curatorem non habens abs-  
que decreto immobilia alienare valeat, disquiri-  
tur? Affirmativam defendere Finkelhausium  
*ex sua Disputat. Feud. 5. Controv. 7. lit. C.* clarissimus  
ex eo elucet, quod ejusmodi Minorem Feu-  
dum valide constituere posse, generaliter ad-  
struat, adducens (1.) textum in L. 1. C. de fide-  
juss. min. ex quo colligit, quod cum minor

per restitutionem in integrum prædium alienatum revocare dicatur, Curatorisque non fiat mentio, verisimile sit, Curatore minorem caruisse, & inde opus fuisse, ut, cum alienatio ipso iure substiterit, illa per restitutionem in integrum rescinderetur. Præsertim, cum (2.) Decretum unicé propterea sic introductum, ut sollicitudini Curatorum consuleretur L. 1. C. quando decret. est opus, quæ tamen ratio in casu, quo minor Curatorem non habeat, utique cessaret. Imo (3) in L. 3. C. de Restit. in integr. dum Minorem Curatore carentem res suas vendere atque sic alienare constitutum legimus, Decreti ne syllabâ quidem factam esse mentionem, deprehendimus.

## TH. XXVIII.

At Negativæ majori esse ad stipulandum iure textus in l. 4. 6. 11. & 15. C. de Præd. Minor. paulo accuratius ponderans invenit. Ibi enim ad alienationem bonorum Minorennum Decretum judicis sub pœnâ nullitatis adhibendum generaliter admodum disponit, & cum non, utrum minorennis Curatorem habeat, vel non distin-

distingvuntur, sillum quotroque casu isti beneficio uti posse, extra dubium est. Id quod multo magis ex L. 2. § 1. & 3. C. de his qui veniam atatis impetr. probari potet. Sicut enim ibidem Imp. Justinianus omnibus veniam atatis impetrantibus absque decreti interpositione alienationem rerum suarum interdixit, hunc potissimum in finem, ut Justinianus eleganter rescripsit, ut similis sit eā in parte conditio minorum omnium; Ex quo quasi fundamento is, qui veniam non impetravit, licet Curatorem constitutum non habeat, in alienandis rebus contra expressam mentem Imperatorum decreti interpositionem auffugiet?

## TH. XXIX.

Neque rationes Finckelhausii dissentientis tantæ sunt, ut moveamur in Contrarium; Lex enim, quam primo pro se adduxit, i. C. de fidei. min. illorum, quæ exinde colligit, ne syllabâ quidem mentionem facit, imo meliori jure contrarium existâ colligendum esse putamus, Hoc enim ipso, quo alienatio ista per restitutionem in integrum rescissa dicitur, decretum ad sic-

māndam alienationem pertinens introductum  
fuisse, utique præsupponendum est. Ad (2)  
Negamus Finckelthausio suam, quam ex L. 1.  
*C. quand. decret. non est opus haurire fategit hypo-*  
*thesin, quasi decretum, ut sollicitudini Curato-*  
*rum consuleretur, introductum fuerit.* Mino-  
rum enim Causā, ne hi per temerariam rerum  
suarum alienationem lāderentur, decretum re-  
quiritur, arg. l. 1. & t. t. ff. de reb. eor. & t. t.  
*C. de præd. Min.* Textusque, quem pro se alle-  
gat, hoc unicè demonstrat, quod, si pater vo-  
luerit, ut prædium possit alienari, Curator mi-  
noris patris succendentis, de decreto non debeat  
esse sollicitus, sed sine decreto secundum volun-  
tatem patris rem recte alienare possit. Ad ter-  
tium argumentum ex L. 3, *C. de Rest. in integr.*  
brevissimis respondetur: unius positionem non  
esse alterius exclusionem. arg. l. 12, ff. de Jud.  
Vid. Dn. Struv. in S. J. F. Cap. 5. Apb. 4. num. 4.  
ubi in fine recte afferit; Minorenrem infeuda-  
tionem & alienationem juramento confirman-  
tem ex capite omisi decreti oppugnare haud pos-  
se arg. auth. sacramenta puberum *C. si adversus*  
*venditionem,*

TH.XXX.

TH. XXX.

De divisione, an & in hâc decreto magistratus opus sit, Dd. sunt lollicti? Nos distinctio-  
nis foedere hanc controversiam spongiandam esse;  
à legibus ipsis monemur. Aut enim Minor  
Provocantis aut provocati vices sustinet. Prio-  
ri Casu, si ipse Minor ad divisionem provocet,  
quîn Decreto, imò omnibus solennibus aliena-  
tionis opus habeat, nullum est dubium. Cum  
& divisio alienatio sit, ute pote Emptionis vicem  
obtinens. L. 1. C. Com. Ultr. jud. & quæ citra aliena-  
tionem fieri nequeat. Anton. Fab. in Cod. L.  
4. tit. 27. def. 4. num. 9. Aliud vero obtinet, si  
Minor provocetur à Majorenni ad divisionem;  
hoc enim Casu divisionem eum inter & Pro-  
vocantem absque alia etiam Caulâ & Decreto  
fieri poterit. L. inter omnes, pen. ibi: Nam ad  
divisionis causam provocante tantummodo Ma-  
jore Socio ejus alienationem & sine Decreto fieri  
jam pridem obtinuit. C. de Prad. & aliis reb.  
min. Carpz. L. V. Resp. 68. num. 8. Quo calu-  
tamen minorum Tutores vel Curatores ad sint,  
necessè est, non solum, ut mutuae illæ adjudica-  
tiones, dominique fieri queant translationes,

quas

quas bonorum semper requirit communio, sed ut sciatur quoque, quanta eos, qui provocant ad divisionem, competat portio, ne quid in auditis iis, quorum maxime interest, constituantur, L. 47. f. de Re jud. idque multo magis, cum ut maiorem sibi adferant portionem, quamquam quantum locis conceditur, communiter fieri soleat; Carpzov. Def. 44. P. 3. Conſt. 15 quid? quod, ne tunc quidem in calu, quo Major ad divisionem provocat, Tutor vel Curator Minoris rem quandam immobilem ex communione emat, ejusmodi emitionem absque causa cognitione decretove subsistere, recte docet Idem Carpzov: L. V. Rep. 68. n. II. ubi vid. Prejudicia.

## TH. XXXI.

At nec id intacto, ut ajunt, pede relinqueremus, quod idem Carpzovius Eodem Responso sub Num 18. tradit, adeo scil. prærequiri Decretum ante Contractum alienationis, ut si post Contractum perfectum sequatur confirmatio, Decretum per illam suppleri haud queat, idque ex hoc potissimum fundamento, quod ea, quæ solennitatis sunt, ut Decretum Judicis,

vel

vel ante, vel in ipso actu intervenire debeant, cap.  
Auditio 29. X. de elect. & electi potestate. Glossa  
in Cap. 1. verb. tractatus ad fin. X. de reb. eccles.  
non alienand. Sed Contrarium Brunneman-  
nus in L. 10. ff. reb. eor. defendit, ac, contractum  
propter confirmationem ex post supervenien-  
tem impugnari posse, pernegat. Idque in pun-  
cto Juris & Praxeos meliori jure adstrui ex eo  
patet, quod Contractus ejusmodi in eventum  
confirmationis tantum confessus intelligatur,  
eius vero valor a tempore Confirmationis de-  
mum sese exerat. Imo positio, naturam decreti  
esse, ut praecedat; non tamen repugnare ei, ut  
certa ex causâ interdum quoque sequatur, ex  
L. 2. ff. de reb. eor. qui sub tut. autoritate Pauli  
Excellentissim. Du. Schilter. Exerc. ad ff.  
37. §. 211. & nos cum eo probati posse ad-  
struimus. Lauterbach. in Colleg. Theoret.  
Pract. L. 27. tit. 9. §. 7. Neque Carpzo-  
vium textus, quem ex Jure Canonico pro le allegavit, ipsum quicquam adjuvare poterit, cum  
de Electione per minorem partem Capituli &  
sic de tali actu nulliter peracto loquatur, qui  
nec per Consensum subsequentem ratificari po-

F

terit;

terit. Quod autem secus esse in nostro Calu,  
recte notavit Brunn. cit. loc. Resolutionem quo-  
que eorum quæ nobis ex §. 2. Inst. de Autor. Tut.  
opponi poterunt, in conflictum retervabimus.

## TH. XXXII.

De actibus ultimæ Voluntatis eo minus du-  
bitari solet, quin absque decreto in Minore ex-  
pediri queant. Quod enim in specie ad Actum  
testandi attinet, illum à Minore impubertatem  
egresso, licet vigoris nondum emersissent vestigia,  
sine Nullitatis nota peragi posse certo certius est.  
L. si frater q. C. qui Test. fac. poss. Modo, ut  
dictum, pubertatem sit egressus. Impuberem  
enim ab actibus testandi omnimodo præcludi,  
testatur §. 1. Inst. quib. non est permis. fac. test.  
& antea all. L. q. C. qui Test. fac. poss. ibienim  
clare rescribitur: Si frater patrue lis tuuus ante  
decimum quartum atatis suæ annum decessit, cum  
facere non potuit Testamentum, nihil recte ex ejus  
postremo iudicio postulatur. Nam si hanc ata-  
tem egressus, licet vigoris nondum emersissent ve-  
stigia, suum solenniter ordinavit iudicium, hoc  
evellere frustra conaris. Idq; inconsulto, in-  
scio,

scio, imo etiam contradicente Cūratore, ut po-  
te qui actibus inter vivos propterea dari assoler,  
ut avertatur metuens minoris losio. *Hopp. Exam.*  
*Inst. L. 1. Tit. 12. Qu. 7.* Quæ tamen in actibus  
ultimæ voluntatis propterea timenda non est,  
cum quovis tempore usque ad mortem quoq;  
sit revocabilis. Ut hinc ob eandem rationem  
*Carpzovius L. 5. Resp. 59. n. 2.* de donatione mor-  
tis cedula idem recte afferat.

## TH. XXXIII.

Sed quid si Minori exhereditate vel legato  
prædium sit relictum , an illud absque prævio  
decreto à Minore repudiari poterit ? Videtur  
respondendum , quod sic ; Ex ratione , quod  
decretum tantummodo in hunc finem sit intro-  
ductum , ne Minori suum tam facile diminua-  
tur patrimonium ; At qui repudiat heredita-  
tem vel legitimam vel legatum , non suum di-  
minuit patrimonion , cum potius acquirere no-  
luerit *L. 6. §. 2. & 4. ff. que in fraud. cred.*  
sed Negativam defendit Brunnemann *ad L. 3.*  
*§. 8. ff. de reb. cor que sub tut.* Atque deciden-  
di rationem unice in favore pro pupillo in Le-

F 2

gibus

gibus specialiter introducto ponit cum Berli-  
chio, quem allegat in P. 1. Dec. 51. num. 4. Cui  
etiam nos propter arg. L. 1. C. si ut omissem bæ-  
reditatem, accedimus.

## TH. XXXIV.

Effectus ejus, quod supra alienationem  
contra solennia nullam diximus, in eo potissi-  
mum est positus, quod non obstante rem ex  
quacunque causâ ad dominium transferendum  
habili esse traditam, dominium ejus penes Mi-  
norem maneat, L. 8. L. 10. L. 11. L. 15. C. de  
Præd. & alius reb. min. huicq; duplex ad rem  
injustè alienatam persequendam proditum sit  
remedium, unum personale, quo contra Tu-  
torem alienantem, & alterum Reale, quo con-  
tra quemcunque rei alienatæ experitur possefso-  
rem L. 5. §. pen. ff. de reb. eor. Personale esse  
Tutelæ vel negotiorum Gestorum Actionem  
ex L. 10. ff. d. t. & L. 3. & 6. C. arbitr. tut. ma-  
nifeste docemur. At Reale propter varietatem  
rerum, quas persequitur adulterus, varias quoq;  
complectitur species. Si enim id, quod alie-  
natum, res corporalis est, Rei Vindicatio, aut  
Publis

*Publiciana*; vel etiam *Emphyteuticaria*. Si  
res in corporalis, *Confessoria* vel *Negatoria*;  
Si possessio, *Remedia Possessoria*, si Pignus, *Hy-  
potbecaria*; eaque vel serviana vel quasi serviana  
competit. Sicut autem dictæ actiones sive sine,  
sive cum decreto, perperam tamen interposito, vel  
sub & obreptitie imperato minori competunt;  
*L. 5. s. pen. ff. de reb. eor.* Ita econtra Jus pro-  
hibitæ alienationis prædiorum pupillarium tam  
durè haud est tractandum, ut si pupillus  
per actionem tutelæ à tutori æstimationem sit  
consecutus; nihilominus contra possessorem  
Vindicatione experiri queat, hæc enim ex aqui-  
tate rectissimè inhibetur *in L. 10. ff. d. t.*

## TH. XXXV.

Quando autem vindicationem Minori  
competere concessimus, id ad rem ipsam non  
solum, sed ad fructus quoque interim perce-  
ptos volumus extensum, observata tamen tam  
inter consumptos, quam extantes, tam inter  
bonæ, quam male fidei possessorem utrobi-  
que distinctione. *Dn. Lauterbach in Collegio  
Theor. Pract. L. 27. t. 9. tb. 9.* Sed de hoc non

conveniunt Doctores ; An re vindicata pre-  
tium pupillus vel minor refundere debeat ? Nos  
si premium in ejus utilitatem versum fuerit, Af-  
firmativam tanquam verissimam defendimus,  
l. 4. C. de præd. & aliis reb. min. Carpzov. P.  
2. C. 11. def. 29. n. 6. Mev. ad Jus Lubec. p. 1.  
t. 7. art. 10. num. 7. Lauterb. c. 1. Quid si au-  
tem Minor mortuus, an & ejus hæres rem ita  
alienatam repeteret poterit? Affirmativam iterum  
ut amplectatur Lex fin. C. si Maj. factus no-  
bis præcipit, cum hac tamen distinctione ; ut  
si successor sit Majorenns, tempore defuncti  
d.L.f. Sin Minorenns, post annum 25. legit-  
imo tempore gaudeat L. s. 1. C. de temp. in  
integr. rest.

## TH. XXXVI.

Cuinam autem partes probandi , Alienationem juste vel injuste esse factam , an Actori  
minori, an Reo competant, mirum in modum  
Dd. variare , late deduxit Carpzov. l. 1. Resp.  
LXXX. Reo, alienationem debitum factam esse  
solennitatibus , ut probet, incumbere Cravet-  
ta in Consil. 1. & Decius in Consil. 142. num. 4.  
defen-

defendunt mordicus ; Econtra onus probandi  
ad minorem pertinere Schültesum part. 1. qv.  
pr. 17. afferere, testatur Carpzov. c. R. num. 7. At o-  
mnium accuratissime pro ratione formati libelli  
id esse dijudicandum , idem docuit l. c. num. 13.  
Et P. 2. C. 11. def. 32. Si enim Minor prædium  
injuste alienatum simpliciter vindicat , simul  
vero non afferit , decretum cum cœteris solen-  
nitatibus non esse interpositum , tunc , quoniam  
Reus litis contestationi Exceptionem factæ ven-  
ditionis sine dubio opponet , dubium vix esse  
potest , quin Reus fundamentum suæ Exceptio-  
nis , scil. venditionem omniaq; requisita ad alie-  
nationem bonorum Minoris necessaria probare  
debeat , cum intentionem in justa venditione  
posuerit , quam & propterea ceu affirmans pro-  
bare habet necesse. L. ei incumbit 2. ff. de Probat.  
Quod tunc quoq; obtinebit , si in libello igno-  
rantiam saltem suam adhibiti decreti aliorumq;  
solennum prætendat , at eorum demonstratio-  
nem liberam Reo relinquat , v. g. Er müsse  
Klagend vorbringen / was gestalt Beklag-  
ter in Kl. unmündigen Jahren dessen (Kl.)  
Wohnhauß an sich bracht / und noch bis  
Diese

diese Stunde besitze ; Gleichwohl wisse Er von keiner erheblichen Ursache / warum der unmündigen Güter veralieniret werden müssen / noch auch von einigen der Obrigkeit rechtmässigen Decret und gebührl Solennitäten / so hierzu erforderl wären xc. Vix enim erit , ut tali in calu reus non in ejusmodi litis contestationem incidat , ex qua alienationis justificationem in se suscipienda auflugere valeat.

### TH. XXXVII.

At longe aliud obtinebit illo Casu, quo minor ex hoc capite alienationem impugnat, quod debita requisita observata non fuerint , eamque qualitatem alienationis, requisitorumque defectum libello suo interat. Reo enim sic item negativè contestante, Minorem contenta libelli sui, id est, requisitorum defectum probare tenuiri, rectissimè ex tribus elegantibus, quas adduxit, rationibus, cum Anton. Fabr. in Cod. L. 5. tit. 37. def. 2. n. 4. affirmavit Carpzov. d. def. 32. num. 6.

### TH. XXXIX.

## TH. XXXVIII.

Vindicationem Minoris ad res injuste alienatas competere supra asserimus ; sed si res sine decreto alienata interim pereat , an minori , an adversario hoc damnum eveniat , dubitari possit ? Quod minori pereat , in generalitate Brocardici , Res perit suo Domino , videtur esse fundatum , adeo ut ne quidem ad pretium agere valeat , propter Exceptionem nullitatis , quam Emotor perpetuo opponere posset . Sed his non obstantibus periculum Rei Emotoris esse exinde demonstrari poterit , quod alienatio sine decreto facta non utrinque , sed solum respectu minoris sit nulla , Emitore nihilominus firmiter obligato manente . §. 2. Inst. Qv. al. lic. vel non . Cum itaque solennitates recensitae , in favorem minoris tantum sint introductæ , quo qualore respectu dici poterit , illud in ejus odium ita posse detorqueri , ut reperempta pretium ab adversario exigere haud valeat ? à Sande L. 2. Dec. t. 9. def. 15. Dn. Lauterb. in Colleg. Theor. Pr. Tit. de reb. eor. §. 17.

## TH. XXXIX.

Ad illos casus tandem , quibus dictis requisitis non

G

ad-

hibitis alienatio nihilominus subsistit, ut paucis-  
simis nos convertamus, postulat temporis pa-  
gellarumve, intra quas nos coarctavimus, ratio.  
Inter quos omnium *primus* est, si defunctus,  
cui vel pupillus vel Minor successit, rerum im-  
mobilium alienationem vel mandaverit, vel per-  
miserit, L. 1. §. 2. & L. f. ff. de reb. eor. Ratio  
est, quod Parentes sint rerum domini, & Jus a-  
lienandi tempore conditi testamenti habuerint;  
ac præterea præsumptio de iis sit, bene liberis  
suis eos consulere: ac denique in favorem ulti-  
marum voluntatum; *Secundus Casus* est;  
si certa rei alienatio ex ratione & dispositione Ju-  
ris ob specialem causam sit necessaria, L. 3. §. 1.  
ff. b. t. ubi duo potissimum consideranda ve-  
niunt (1) quod certæ alicujus rei, aliena-  
tio sit necessaria. (2) Quod illa *Necessitas*  
*Juris* sit, h. e. ex legum dispositione proveniat  
L. 13. ff. de Pred. & alius reb. min. e. g. si defun-  
ctus rem aliquam cum pacto de retrovendendo  
sibi comparasset, tunc pupillus tanquam heres  
contractum perficere tenetur. Primi requisiti  
ratio hæc est, quod, si omnis necessitas suffice-  
ret, in nulla fermè alienatione requireretur de-  
cretum

cretum , cum nulla alienatio rerum Minorum  
fiat , nisi ex necessitate : Hinc recte infert Dn.  
Lauterbach. in Colleg: Theor. tit. de reb. eor. §.13.  
Propter æs alienum turgens, quamvis & ita neces-  
sitas adfuerit, tamen alienantem decreti adhibi-  
tionem effugere non posse. Cum necessitas  
æris alieni non postulet certæ alicujus rei aliena-  
tionem, sed sit generalis, ex quâ nullius rei cer-  
tæ alienatio & distrahendi necessitas constet.

TH. XXXX.

Cum autem Præsentia & Persona Principis  
omnes suppleat solennitates, L 19. C. de Testam.  
Ideoque Tertius Casus est, si Principis decretum  
interveniat, L. 2. C. quando decreto non est opus.  
& (4) alienationem invalidam per Ratibabiliti-  
atem à Majore factam convalescere in L. 6. C.ar-  
bitr. Tut. Et L. 2. C. si Maj. fact. alien. rat. hab.  
constitutum legimus. Atque hoc adeo verum  
esse Dd. afferunt, ut, non obstante alienationem  
ipso jure nullam dici , tamen minorenis invi-  
to etiam advertario illam ratificare possit. Nul-  
litas enim alienationis sine debitis solennitatibus  
facta non adversarii, nam hic recedere plane ne-

quit, sed minoris causa contrahitur, ut adeo in  
eius odium & læsionem nunquam sit interpre-  
tanda L. 6. C. de LL.

TH. XXXI.

Dupliciter autem ratificationem fieri posse,  
tam expresse, quam tacite, est certissimum. Ex-  
pressè verbis vel literis; Tacite, si Minor major  
factus intra statutum tempus alienationem nul-  
liter factam, non impugnat. Quot annis ve-  
ro statutum tempus includatur, ejus in SCro  
in L. 1. ff. de reb. eor. non sit mentio, unde tem-  
pore isto nihil à veteri Jure hic innovatum, præ-  
dictasve Actiones ordinario tempore, scil. de-  
cennio inter prælentes, Vicennio inter absentes,  
præscriptum fuisse cognoscitur. Atque sic per  
tò statutum tempus, & præscriptionem, cuius  
Impp. ante Justinianum, ut Gordianus in L. 1.  
si quis ignor. rem min. & L. 1. 2. C. si Maj. fact.  
alien. Nec non Diocletianus & Maximianus  
L. 9. C. si quis ignor. faciunt mentionem, nihil  
aliud quam hoc ordinariū intellexisse est cre-  
dibile.

TH. XXXII.

TH. XXXXII.

At Justinianum per *L. f. C. si Major. fact.*  
aliud introduxisse inter omnes constat: Juxta  
quam legem enim inter alienationem titulo *lu-*  
*crativo & oneroſo factam*, venit distingendum.  
Priori Casu quinque, posteriori inter præsen-  
tes *decem* inter abentes *viginti annis* à  
tempore Majorenitatis & scientiae Carpz. P.  
2. C. 11. Def. 30. n. 9. & 10. computandis, ad  
præclusionem sufficientibus d. *l. f. C. si Maj.*  
*fact.*

TH. XXXXIII.

Sed eo ipso quo per *L. f. C. de tempor*  
*in integr. restitut. omnibus minorenibus*  
*quadriennium sub pœnâ præclusi ab eōd. Ju-*  
*stiniano est præfinitum*, intra quod in inte-  
grum restitutionem petere debeant; recte no-  
tavit Hahnus *ad tit. de Reb. eor. in fin.* Illud ad  
illum Casum solum pertinere, quo alienatio  
valide quidem facta, sed per restitutionem pro-  
pter lœsionem aliquam esset rescindenda. At  
tempus in *L.f.C. si Maj. fact. ad excludendum*,

G 3

Reme-

Remedium alienationis annullativum & Rei  
Vindicationem unicè pertinere, idem recte afferit.

TH. XXXIV.

Ex eodem porro principio defendi posse  
credimus, Majori si vel maximè tempora præsi-  
nita ad impugnandam alienationem nūlter fa-  
ctam sint effluxa, ex aliò tamē Capite succurri  
posse. Vid. Brunnem, ad cit. L. f. C. si Maj. fact.  
Imo, sicut Excellentiss. Dn. Schilter Exerc. ad  
ff. 37. §. 207. & 8. eruditè, more solito, demon-  
strat, si Major effluxo tempore ultra dimidium  
se esse loesum, probare possit, ex L. 2. C. de Resc.  
*Vendit.* ad 30. Annos usque audiri debeat; Cui  
etiam Struvius tit. de reb. eor. §. pen. & Mynsing.  
*Conf.* 40. 18. contentit; Ita dilerte Heigius di-  
spositionem d. L. f. C. si Maj. fact in feudis plane  
non obtinere in P. 2. Qv. 19. defendit mordicus.  
At hujus opinionem impræsentiarum non faci-  
mus nostram, quin potius Dissertationi nostræ  
Academicæ exoptatum cum DEO impo-  
nimus finem.

COROL-

## COROLLARIA.

I.

**A**ctus ante Legem bonos vel ma-  
los non dari , contra Grotium  
defendimus.

II.

Feræ non sunt in Dominio Prin-  
cipis.

III.

Princeps nullum Jus, ne quidem  
ex Jure Civili quæsitum, alteri auf-  
ferre potest.

IV.

In Locationem indistinctè pecu-  
niam numeratam intervenire debe-  
re,contra Hoppium defendimus.

VI.

Culpæ probatio in ædibus incen-  
dio consumtis vicinis competit ,  
contra Carpzovium.

VII.

Consensum Parentum ad Nu-  
ptias liberorum de Jure Canonico  
non

non de honestate , sed necessitate  
requiri probatum dabimus.

Jurata filii SCti Macedoniani  
Renunciatio, nec Jure Canonico,  
nec Praxi obligat.

Reservationes mentales in Jura-  
mentis ut adhibeantur , ipsa lex na-  
turæ , divina & Canonica prohibet,

Liberi per subsequens matrimo-  
nium legitimati, ut succedant in feu-  
dis per Cap. Naturales 26. II. feud,  
prohibentur.

Ad constituenda nova Vectiga-  
lia omnium Electorum, Vicinorum-  
ve statuum, quorum interest, Con-  
sensus requiritur. *Capit. Leop. Art. 21.*

Paæta interdum rem ipsam affi-  
cere, indubitati juris est.

non

**ULB Halle**  
005 355 370


3



1078



B.I.G.



Quod DEUS felix faustumq; esse jubeat !

5  
555

Sub Rectoratu MAGNICENTISSIMO,  
REVERENDISSIMI & ILLUSTRISSIMI DOMINI,

DOMINI 1709, 4

PHILIPPI WILHELMI,  
S.R.I. COMITIS de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARII INTIMI &  
CAMERARII, nec non METROPOLITANARUM ECCLE-  
SIARUM, MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CA-  
NONICI CAPITULARIS SENIORIS,  
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-  
SILIARII INTIMI, ac CIVITATIS TERRITORII que  
ER FURTENSIS PRO-PRINCIPIS &c,&c.  
DOMINI NOSTRI GRATIOSISSIMI,

CUM CONSENSU ILLUSTRIS FACULTATIS  
JURIDICÆ GERANÆ

DE EQ,  
QVOD CIRCA ALIENATI-  
ONEM RERUM MINO-  
RENNIUM JUSTUM EST,

SUB PRÆSIDIO

Dn. TOBIAE JACOBI Reinhardt /  
Juris Utriusque Doctoris,

In Aulâ Collegii Majoris

d. 17. Aug. hor. 9. 1709.

Exercitii publici gratiâ disputabit,

HERMANNUS ERNESTUS Schiller / LL. C.  
Hildensiensis.

—  
ERFLRTI, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.